

CAPVT XXIV.

De monopolio niuis, & Regio inde compendio.

Monopolium niuis riuu posse consumi.

189 QVomodo illud Limæ fuprit constitutum refert D. Escalona Lib. 2. Parte 2. Cap. 22. & potuisse à Rege id fieri, quæstiosa ex eo accepit pñensione, ex multorum doctrina circa huiusmodi rerum genera potest probari. Et videri potest P. Lessius Lib. 2. Cap. 21. num. 148. vbi ad propositum nostrum ait tunc licitum monopolium futurum, quando aliter rem, circa quam versatur, nemo sufficienti copiâ vellet inuehere ob sumptus, quos non facile poterit recuperare. Id enim in casu nostro accidit: ingens enim niuis copia necessaria est ad satisfaciendum ciuium desiderio, temporibus æstu insensibilis, de qua non posset haberi securitas, nisi monopolio auctoritate Regiâ constituto: cum videamus, eo etiam extante, defectus aliquos accidere, quos molestissimos, ciues experiuntur; non obstante amissione grandis lucri, & non leuis pœnæ conuentionalis incurfu.

Difficultas specialis ex defectu necessitatis, cui ista est pensio conuentionalis.

P. Molina.

Principis sumptus non necessarios tenentur sub mortali refecere.

190 Videtur autem circa hoc specialis emergere difficultas ex eo quod, licet ad monopolium inducendum congrua ratio sit, quam adduximus, de copiâ sic melius prouidâ Reipublicæ: emolumentum tamen in eiusdem Reipublicæ utilitatem conuertendum videtur, quando ex eo Rex nulli speciali necessitati comperitur occurrere: pro quâ pensionem posse tantum exigere, cum monopolia concedit, Doctores indicant, vt videri potest apud P. Lessium loco citato. Circa quod & P. Molina apertius loquitur Disput. 345. §. Dixi monopolia, vbi illa eiusdem verba: Regem quippe tunc à peccato excusat publica necessitas, in qua est. Similiter P. Rebellus Parte 2. Lib. 9. quæst. 7. num. 3. Pater Azor Tomo 3. Lib. 5. Cap. 23. §. Tertio queritur. Ioannes de Medina Cod. de Restitutione quæst. 30. §. Penultimo Bonacina Disput. 3. de Contractibus quæst. 2. Puncto 6. num. 9. & alij. Vt enim testatur D. Escalona supra, emolumentum hoc ad sumptus pro nouo palatio Boni Successus consignatum est, cuius certe nulla videbatur esse necessitas, vt voce publicâ circumlatum: iis præsertim temporibus, quibus opus est ad sacra extorquenda consurgere, vt negotium Regni & Religionis Princeps optimus prosequatur. Cum aliâ grauis obligatio sit supremis adnata Principibus ad sumptus inutiles, aut certe non necessarios refecandos, vt omnes clamant Scriptores, quorum aliquos congerit P. Oñate Tomo 2. Disput. 46. Sect. 2. in fine; iunctis iis, quæ habet. num. 62. Pro quo & videri possunt P. Molina Disputat. 667. num. 5. P. Thomas Sancius Lib. 2. Consistorum Cap. 4. Dub. 2. num. 8. P. Azor Tomo 2. Tib. 11. Cap. 7. §. Est quoque. P. Fagundez Tomo 1. in Decalogum Lib. 4. Cap. 15. num. 5. & alij. Qui ergo potuit monopolij niualis pretium ad sumptus dictos destinari? Illud namque è ciuium bonis extractum, in eorum debuit utilitatem dirigi, cum aliud necessitas non videatur postulare. Per quod qui-

dem grauamen Siuæ, quod iam diu premit, posset imminui, & ita tolerabilius redderetur.

191 Ad quæ responderi potest ædificia magnifica Reges decere, & ad commune bonum quodammodo spectare, vt Regius splendor hoc pacto crescat, & apud nationes exterâs in maiori æstimatione per Legatos videntes, & audientes habeantur. Pro quo sic Cassiodorus Lib. 7. 5. Regis nomine locutus: Hæc nostra sunt oblectamenta, potentia imperij decora facies, testimonium præconiale regnorum; hæc legatis sub administratione monstrantur, & primâ fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur. Et idem magna voluptas est prudentissimæ mentis, pulcherrimâ iugiter habitatione gaudere, & inter publicas curas animum seorsum reficere dulcedine fabricarum. Sic ille. Et si autem pro huiusmodi fabricis grauari non debeat populus, quando aliæ decentes sunt; si tamen moderatum aliquid hinc inde corradatur, quod non ægrè toleretur, non debet vt iniustum & penitus damnabile notari. In casu autem nostro sic contingit: vnus enim est, qui pretium monopolij soluit, & hic grauamen non subit, sed lucratur: illis autem, qui niuem asportare poterant, & quæstum ex eo fecisse commercio, si quid molestum accidit, minimæ considerationis est, quia ad lucrum aliunde, fortè securius, quærendum possunt animum applicare. Ciuius insuper nihil inferitur iniuriam, cum niuem moderato pretio accipiant, & cum maiori securitate, vt diximus.

Ædificia magnifica Reges decere.

Cassiodorus.

Pro illis quomodo pensio aliquis imposita quæst. Quod casu presentis applicatur.

Reipublicæ casu posse collectare iuxta multorum sententiam.

Rationes alia pro iustificacione monopolij niuis.

192 Quod verò emolumentum dictum in bonum Reipublicæ posset conuenienter expendi, verissimum quidem est, sed ad id Rex non tenetur, quia ad sumptus publicos propria habet bona, & si illa non sufficiant, jus collectandi, quod Rebus publicis competit, eò quod gabelle, aut vectigalis nomine non veniat compellendum. Vnde illud in ipsis complures Doctores admittunt: vt videri potest apud P. Fragosum Tomo 1. Disput. 7. num. 68. & Tomo 2. Disput. 3. §. 5. numer. 122. vbi plures adducit. Quod cum multis tenet P. Palas Tomo 6. Disput. 3. Puncto 6. n. 3. Licet sint qui contrarium censeant: accedente autem licentiâ Regis, quæ obtinetur facile, scrupulus omnis abscedit. Quæ quidem ad iustificandam consignatione prædictâ videntur sufficere: cum præsertim palatium dictum perfectum jam sit, pro cuius conseruatione, si faciendi sumptus, vt videtur necessarium, jam necessitas intercedit, ex quâ solent exactiones licitæ reddi: si autem minus necessarium sit, quàm id, quod defertur, tot aliæ necessitates pullulant, vt ad eas subleuandas possit prouentus talis applicari. Cum insuper minoris illud jam quantitatis sit, quia & minoris lucri monopolis, non ita vrgentibus caloribus, & sic rariore ad hydromelum concursu, ac moderatione circa hoc succedente, eò quod multis incommotis nimius in frigidatæ aquæ potus obnoxius comperitur.

CAPVT XXV.

De tabernarum peculiari designatione ad incrementa Regij patrimonij.

Tabernarum Regiarum inuentum noua probatum, & quid praxis circa illas.

Non esse iustificatam dispositionem qua videntur offerere.

Sed defenditur illa, vt conuentionis conformis.

193 Nouum est hoc ad pecuniæ collectionem inuentum, quod aliquibus minus decorum est visum, vt scilicet in tabernis communium cibariorum Regia collocentur insignia, & Maiestas tanta viliis istis miscatur. Quod quidem credo numquam in mentem omnium Regum maximi venisset (si & hucusque venit) nisi aliquorum, qui hac viâ suis compendiis student, adinuentum istarum auctores, sordidior industria ad hæc descendere generalem prouidentiam impulisset. Et certè satius foret emolumenta ista oppidis relinquere, & ad propria condonare, æquivalenti quantitate aliunde corrogatâ, si necessitas ita postulauit. Verum si ita placet, placeat quidem, & rerum istarum Auctores in suo sensu abundant. Res ergo ita disposita est, vt cuique oppido necessarijs tabernis assignatis, quæ ad curam vrbicorum Senatorum spectant, si quis vltra velit tabernariam exercere, compositione id pecuniaria obtineat, inæquali quidem iuxta diuersitatem Prouinciarum à triginta octi-regalium annuâ prestatione vsque ad quadraginta: in quibus Senatores vrbici nullam iurisdictionem exerceant, sed quidquid ad eas spectat per ministros Regios disponatur.

194 Circa quam ordinationem dubitari potest an quidquam contineat, propter quod minus iustificata in conscientia videatur. Et occurrit sanè illud in primis, vrbicis Concilijs iurisdictionem & emolumenta diminui, quod non apparet iustitiæ conforme, cum Conciliares officia emerint, attentis eorum commodis: debet autem Rex conuentis stare; aliâ conscientia periclitabitur: in contrahendo enim velut priuatus censetur, vt Doctores tradunt, quos adducit, & sequitur P. Fragosus Tomo 1. pag. 38. num. 104. & 105. Pro quo & videri potest P. Molina Disput. 261. ad finem. Deinde: non videtur conueniens dispositio: si enim oppidis necessaria tabernæ designantur, quomodo aliæ permittuntur, quæ erunt sanè plurimæ, abundantioris compositionis gratiâ. Hoc autem inconuenientibus obnoxium non obscure dignoscitur: sic enim vinum ad tertium quemque passum occurret, & ebrietatis occasiones Indos, Æthiopes, & viliores alios è plebe ad eam, & damna eidem adnexa, prouocabunt. Quâ consideratione Excellentissimus Comes de Chinchon Peruvianus Prorex in Prouisione, quâ modum in hoc negotio obseruandum præscribit, jubet vt in suburbijs, in quibus habitationes esse Indorum solent, tabernæ non admittantur, compositione circa hoc prohibita.

195 Sed his non obstantibus Regium statutum iustificari potest ex illius moriuo, quod in fundamentali Schedulâ satis exprimitur, in quâ dicitur contributionem talem esse dispositam ob crebras hostium incurfiones in mare Australe, quæ & timeri deinceps possunt, vt opus sit mili-

tare præsidium in portu Callaico semper sustentare: & generaliter ob ingentes sumptus in Vassallis tum Indicis, tum Hispanis defendendis factos. Quo nihil esse magis iustificatum potest, iuxta generalem doctrinam scriptorum de exactionibus agentium. Deinde. Quod de conuentione cum Conciliaribus vrbicis factâ dicitur, non videtur vigere: quia Rex absolute contentis stat: numquam enim se ad conseruandas res omnes statu in eodem obligauit, si res ipsæ variationem aliquam postulerent: vt in casu præfenti contingit, & contingere etiam potest in contractibus priuatorum. Qui enim tenetur rem tradere, aut pretium soluere statuto tempore, ex accidenti potest aliquid minus commodum contrahenti peragere, substantiâ contractus obseruatâ, vt videmus passim. Vnde contractus habet implicitam clausulam, Rebus sic stantibus; per Textus & Doctores, quos adducit Marius Antonius Lib. 2. Resolut. 55. num. 29. & seqq. Item, ex æquitate aliqua in contractibus bonæ fidei potest iudex arbitrari vt non penitus conuenta seruentur secundum rigorem legis: vt habetur in §. Actio, Instit. de actionibus, & explicant omnes de contractibus agentes, præsertim ex Societate, quorum aliquos adducit Bonacina Tomo 2. Disput. 3. de Contractibus, quæst. 2. Puncto 1. num. 21. Cum ergo Rex, etiam si vt priuatus contrahat, personam supremi iudicis gerat; potest in contractibus suis, & in hoc præsertim, de quo agimus, qui bonæ fidei est, cum sit emptio & venditio, ex æquo iudicare. Cum insuper id, in quo dispendium se pati possunt conueniunt contrahentes, parui momenti sit, in quo & labore exonerantur ad complures tabernas propagando, non sine grauibus conscientie periculis, siue ob incuriam, siue ob iniustam extorsionem.

Clausula in contractibus subintelligita.

Qui bona fidei sunt, iudicis arbitrium admittunt.

196 Quod autem vterius opponebatur, solui ex eo valet, quod Rex iuste potest prohibere, vt præter sufficientes tabernas aliæ non sint, nisi quas ipse ob rationes sibi bene visas censuerit permittendas. Sunt autem bene visæ rationes, quas eius litteræ manifestant. Vt autem ex illis grauiâ inconuenientia non emergant, ad illius per Ministros suos prouidentiam spectat: & ita vidimus à citato Prorege, viro prudentiæ & probitatis eximia dispositum. Et quidem Rege nihil circa hoc statuente, & rebus in pristino statu relictis, nullus inconuenientia ista in tabernarum multitudine vt specialia in Indijs proclamabat: nam quod ad Indos attinet, id sanè statutum, quod si seruarietur, in magnum eorum commodum redundaret. Et si tabernæ istæ non essent, in multorum domibus vini, quod ex eorum vineis prouenit, copia venderetur: Cur ergo modo ij, qui inconuenientia non deprehendebant in statu priori, ex eo quod Regia dispositio superuenerit, inconuenientium aceruum deprehendunt? In quo quidem Regis piissimi attestati credendum, qui in citatâ Schedulâ medium hoc ad leuamen aliquale occurrentium necessitatum licitum verbis illis appellat: Portodos los medios posibles y licitos. Vbi doctissimi & antiquissimi inter omnes occidui istius tractus Prælati verba iuuat in comprobationem prædictæ attestati adduxisse. Qui cum à Rege nostro fuisset reprehensus, eò quod Episcopum quem-

Inconuenientibus ut possit occurrere.

Attestati Regis in pensionis impositione credendum.

Tuennanenſis Epiſcopi pro verbis.

dam ſine Bullis Pontificiis, & Regiis Executo- rialibus conſecraſſet, ſic de utroque agens eſt lo- cutus in epiſtola, quam apud me habui: Conſe- crari quidem; & bene me ſciſſe tunc credidi, cum Theologi eſſent rem probantes, & alia pro remouendo ſcrupulo adminicula concurriffent. Sed Rex meus er- raſſe me aſſerit, & ita me erraſſe conſiteor, cum meliores ille apud ſe Theologos habeat, quam ego, &c. Quod ergo ad conſcientiam attinet, nullus videtur re- morſus excitandus; quod autem ad conuenientiam, iam præſatus.

CAPVT XXVI.

De prouentu Vinearum Indicarum.

Plantatio vitæ in Indis iam pridem vetita pluribus reſcriptis Regiis, de quibus Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 1. cap. 7. num. 41. & D. Escalona Parte 2. Lib. 2. Cap. 28. num. 2. Quibus non obſtantibus inualuit illa, & aded copioſo prouentu, vt iam ſuperius expreſſimus num. 123. & cum tot ſint, ad multo plures fertilibus gleba ſuccurrit. Quia ergo ſine Regiâ facultate plantata, viſum eſt poſt longius tempus, aliquod inde quaſiſſe compendium: & ita Re- gio ſtatuto decretum, vt duo pro centum vaſa vinaria, in quibus vinum tranſuehitur, ſoluere- tur. In quo quidem grauari ſe iniuſte vinearum domini conqueſti ſunt, & reſ ad controuerſiam juridicam reuocata. Poſtquam tamen reſcri- ptum eſt à Rege & executio decreti inſtanter in- iuncta, quæ tamen alicubi adhuc retardata. Fuit autem hoc hominis cuiusdam arbitrium annis proximis Regio Conſilio ad amplificationem Regij patrimonij & odij communis, oblatum: cum iam pridem vinearum domini in pacificâ eſſent poſſeſſione, & qui de nouo plantare vel- lent, nullum iuris aut facti obſtaculum inue- nirent. Compoſitione enim Regiâ titulos terra- rum habentes, licere ſibi plantare quidquid vide- retur vtile, crediderunt. Neque enim in compo- ſitione, de non plantandis vineis quidquam ac- tum: immo multoties compoſitio facta quan- do iam in terris, circa quas componebatur, vineæ aut adultæ aut nouellæ videbantur.

De illius iniuſtitia querela, ſed fruſtu nul- lo.

Prohibitio- nem uſu receptâ non fuiſſe, & legem uſu non receptâ obligatoriâ non eſſe.

Quid circa conſenſum Principum Auctores diuerſi ſenti- ant.

197 Plantatio vinearum in Indis iam pri- dem vetita pluribus reſcriptis Regiis, de quibus Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 1. cap. 7. num. 41. & D. Escalona Parte 2. Lib. 2. Cap. 28. num. 2. Quibus non obſtantibus inualuit illa, & aded copioſo prouentu, vt iam ſuperius expreſſimus num. 123. & cum tot ſint, ad multo plures fertilibus gleba ſuccurrit. Quia ergo ſine Regiâ facultate plantata, viſum eſt poſt longius tempus, aliquod inde quaſiſſe compendium: & ita Re- gio ſtatuto decretum, vt duo pro centum vaſa vinaria, in quibus vinum tranſuehitur, ſoluere- tur. In quo quidem grauari ſe iniuſte vinearum domini conqueſti ſunt, & reſ ad controuerſiam juridicam reuocata. Poſtquam tamen reſcri- ptum eſt à Rege & executio decreti inſtanter in- iuncta, quæ tamen alicubi adhuc retardata. Fuit autem hoc hominis cuiusdam arbitrium annis proximis Regio Conſilio ad amplificationem Regij patrimonij & odij communis, oblatum: cum iam pridem vinearum domini in pacificâ eſſent poſſeſſione, & qui de nouo plantare vel- lent, nullum iuris aut facti obſtaculum inue- nirent. Compoſitione enim Regiâ titulos terra- rum habentes, licere ſibi plantare quidquid vide- retur vtile, crediderunt. Neque enim in compo- ſitione, de non plantandis vineis quidquam ac- tum: immo multoties compoſitio facta quan- do iam in terris, circa quas componebatur, vineæ aut adultæ aut nouellæ videbantur.

198 Fuit ergo licet circa hoc iterata pro- hibitio, ſicut & circa oliueta, pro quibus tamen exactio nulla conſtituta huculque, nihil obſtare potuit, quia uſu non recepta, ſcientibus Guber- natoribus, & Regio non ignorante Conſilio, cum notiffimum eſſet vinum ex Hiſpaniâ in re- giones iſtas non aſportari. Nihil autem mani- feſtius quam legem uſu non receptam, neuiquam vrgere, nec poſſe illius inobſeruantiam caſtigari. Pro quo P. Suarius Lib. 4. de Legibus, cap. 16. P. Azor Tomo 1. lib. 5. cap. 4. queſt. 7. P. Salas de Legi- bus, diſput. 13. ſect. 2. num. 11. P. Palaus Tomo 1. Tractat. 3. Diſput. 1. Puncto 13. num. 9. cum aliis ab eiſdem citatis. Solet autem ab aliquibus ad hoc vt lex uſu non recepta obligari deſinat, con- ſenſus ſaltem tacitus legiſlatoris requiri, vt videri apud citatos poteſt. Et talem in caſu noſtro re- pertum iam vidimus; immo & plus quam taci- tum. Cum tamen Doctores etiam ſint, qui aſſe- rant, etiâ cum omnimodâ legiſlatoris ignoran-

tiâ, obligationem legis ceſſare. Et hoc certum arbitrat P. Palaus ſupra; & non tantum proba- bilibus cum Doctores, quos adducit: non ergo multum roboris habere videtur id, quod in Re- giâ Schedulâ Proregi Peruuiano iniungitur; quod ſcilicet vinearum Dominis inculcetur, ita vt capaces reddantur, non potuiſſe illos ſine li- centiâ Regis plantare vineas, & licentiam à Pro- regibus conſeſſam quibuſdam, fuiſſe nullam; quia licet verè talis lex fuerit, & à præſatis id vt veriſſimum admittatur; habent illi, eo non ob- ſtante, quod aperte ſuffragetur. Cum aliâ inue- niantur reſcripta, de quibus Dom. Solorzanus ſupra, num. 43. in quibus ſupponitur plantatas vineas, Indos tamen pro illarum culturâ diſtribui prohibetur: licet poſtea prohibitio etiam fuerit intimata, ſed à Proregibus executio ſuſpenſa, vt quæ magnis inconuenientibus ſubiaceret.

Schedula Regia do- minia vi- neari quo- modo ſcri- ptulum in- ciendum ſtatuat.

199 Nihilominus Regia prætenſio penitus condemna non eſt, quia prohibitio bonis fundamentis innititur, ſaltem probabilibus: & cum terræ ex compoſitione habeantur, ſub eâ conditione iuſte potuerunt tradi, vt vinearum in iſtis plantatio non liceret. Quamuis autem hoc in compoſitione ipſâ expreſſum non fuerit, ineſt tamen conditio, quia legè habetur generaliter poſita, vnde non fuit opus declarari. Quando enim tacitum expreſſo ineſt, pro expreſſo habe- tur: vt cum Baldo, & Tiraquello obſeruat Ma- rius Antoninus Lib. 2. Reſolut. 57. num. 72. & quia in generali conſeſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie verofimiliter conſeſſurus, vt habetur Cap. In generali de regulis juris in 6. non eſt autem verofimile in generali conſeſſione ve- nire id, quod eſt aliâ lege prohibitum, cum ge- neralis conſeſſio priuilegium non ſit, ſed contra- ctus ab eo independens, quod cum re, circa quam verſatur, nullam habet connexionem. Et ita interpretatio faciendâ, vt correctio juris commu- nioris euitetur, iuxta receptam Doctorum obſer- uationem, de quâ dictum alibi Tr. 4. n. 73. & pro quâ videri poteſt citatus Auctor Lib. 1. Reſol. 103. num. 18. Quibus addi poteſt ſemper Reges no- ſtros plantationi vinearum obſtiſſe; vnde con- tra factum nequit ſcientiæ & patientiæ eorum- dem imputari.

Pro iuſtifi- catione pro- hibitionis Regiæ ar- guitur, & oppoſita adiuuatur.

Cap. In generali.

200 Bene tamen verum eſt rationem, quæ pro iuſtificandâ prohibitione redditur, non pe- nitius ſubſiſtere, vt patet ex verbis illis Schedulæ Ann. 1595. quam ſupra Dom. Solorzanus addu- cit: Por muchas cauſas de gran conſideracion, y prin- cipalmente, porque euenido alla prouiſion baſtante de eſtas cosas, no ſe en ſlaqueceſe el irato y comercio con eſtos Reynos. Eſt enim impoſſibile vt ex Hiſpaniâ vinum omnè neceſſarium pro regionibus iſtis af- feratur, quod & cariffimè conſtabit & multoties eius defectus moleſtiſſimi ſentientur. Quod ex præſenti poteſt tempore euidenter comprobari, quando in ditione Noui-Regni Granatenſis vna vini botiſia, ſeu quadrantalis meſura, ſexaginta octi-regalibus vix habetur, cum tamen Prouin- ciæ illæ ex proximioribus Hiſpaniæ ſint. Quid ergo in remotiſſimis accideret, vbi marium & terrarum tractus longiſſimi percurrendi? Qui- bus addi poteſt, licet commercium circa vitium attenuatum ſit, circa alia tamen mirè auctum: vnde ex hoc capite, attenuati ſcilicet commercij, quod

Rationem illius non ſubſiſtere, de iuſtificatione vini ex Hiſpaniâ adducti Re- gia Schedulæ.

Ceſſante cauſâ legè ceſſare.

Quando etiam præcipua non ſit.

Indi ad vindemias non condi- cepti.

An etiam ſpontanei adquirenti.

quod quaſi præcipuum ad prohibitionem adduci- tur, illius corrumpit fundamentum: & ita aliarum rationum non eſt curanda, quæ innuitur, multi- tudo; deficiente præcipuâ, quæ ſinem, & cauſam motiuam diſpoſitioni tribuit, iuxta receptam do- ctrinam. Non enim eſt credibile propter ratio- nes parui momenti legem aded rerum naturæ repugnantem, quæ aptas plantis terras exhibet, & hominum naturæ inclinationi, ſubditis benigna Principis officia pro meritis poneretur. Ceſſante ex parte cauſâ legiſ, ceſſat illa, quando magis eſt inutilis & nocua, quam vtilis & proficua, etiamſi cauſa præcipua non ſit, vt videri poteſt apud P. Suarium ſupra, Lib. 6. Cap. 9. in fine. Multo ergo potius quando præcipua cauſa, vt in caſu noſtro: & licet aliâ vtilem reddent, magis tamen incipit eſſe nocua ob rationem dictam; quia ſci- licet neceſſaria copia ex Hiſpaniâ nequit oppor- tune deferri, & eſſet ſanè moleſtiſſima penuriæ periculum.

201 Id tamen curandum, ne Indi ad vindemias conducantur, niſi ipſi ſponte liberâ ſe offerant: experienciâ enim compertiſſimum habetur plurimos eo in labore perire & quia cælum ipſis inſalubre, & quia multum inconsideratè hauriunt, vnde lethales ipſis morbi generantur. Immo & dubitari merito poteſt an ſponte ſe offerentes ſint admittendi: & negari verofimiliter, quia admiſſio talis eſt cooperatio ad damna dicta, & charitas obligat ad ſubueniendum etiam in damnum ſponte euntibus, materiam, ſi poſſumus, ſubtrahendo. Hinc enim & correctio fraterna obligat; cum tamen certum ſit peccatum non niſi ſponte committi. Poterit autem admittens excuſari ex eo quod repulſus à ſe plures inueniet alios, non ſolum admittentes, ſed rogantes, ne- que enim ille à locatione ſuarum deliſſet opera- rum, iuxta probabilem aliquorum doctrinam: de quâ dictum Titulo 1. n. 146. & ſeqq. Licet hic non omnino accommodari poſſit, vbi de peccato ſe locantis non agit, quod fortè in multis non eſt mortale ob eorum incapacitatem, aut inaduer- tentiam: ſed de damno eorum corporali: ratio autem facta eadem eſt.

CAPVT XXVII.

De papyri ſignatæ quaſtuofa nundi- natione.

Signata papyri mo- dum, & forma in eo ſeruata.

202 Recens eſt hoc in Hiſpaniâ ad vitan- das, vt dicitur, falſitates in publicis instrumentis, arbitrium: ſignatur enim papyrus Regio ſigno quadruplici differen- tiâ, anni currentis notâ adiectâ, & ita ſignata ſo- lum Regio nomine venditur, pretio ab eodem designato. Quod cum in Indiis non ita quaſtu- ſum futurum crederetur, vt ex tranſmiſſâ quanti- tate conſtat; ſupra votum excreuit, & ampliore aliâ ibidem fabricatâ, iuxta inſtructionem, expen- ſa. Quia quod diſcutiendâ nonnulla, iis omiſſis, quæ quoad totius rei expeditionem potuiſſe Dom. Gaſpar de Escalona Lib. 2. Gazophylacij, Parte 2. Cap. 29. & factum potius, quam ius continent, ſanctionem inquam, inſtructionem, declaratio- nem.

203 In primis an grauamen hoc licitè poſſit imponi, quia illius cauſa in ipſâ Pragmaticâ ſan- ctione contenta, non videtur ſolido veritatis præ- ſidio roborata. Dicitur enim ita diſpoſitum vt falſitates euitentur, quandoquidem in qualibet ſignatâ papyro annus apponitur, pro quo tantum ſeruire poteſt. Quod ergo in eâ ſcriptum fuerit falſitatem eam habere nequit, quæ accidere mul- toties ſolet, cum instrumenta conſiciuntur an- norum præteritorum numero conſignato, quod ad multas & grauiffimas poteſt iniuſtitias defer- uire. Atqui per hoc damnis aliis non occurritur, quæ præter adductum, ſunt ſanè innumera: in papyro enim ſignatâ poſſunt falſitates immenſæ conſcribi: quod & experientia multiplex com- probauit. Immo & damnum illud de falſitate re- tro acti temporis non videtur penitus cautela- tum: nam papyri anni præſentis poſſunt plures chartæ emi, & pro futuris euentibus aſſeruari. Propter quod incommodum vitandum videtur diſpoſitum, vt quidquid huius generis tranſacto anno, pro quo ſeruire poteſt, & biennio in In- diis, ſuperfuerit, vndique collectum in locum, in quo ſunt Regia ſigna, deferatur: licet in inſtru- ctione dicatur hoc fieri, vt reſignari poſſit, & annis ſequentibus deferuire. Sed cum non ſem- per reſignetur, quia copia illius eſt, neque com- buratur, vt de Bullis Cruciatæ inuenitur diſpoſi- tum, nec tamen vſu generali firmatum, facile poteſt à falſariis charta multiplex comparari, ſcribentium miniſterio, & prætextu commodita- tis alicuius, vt in præſenti euenit, quando pa- pyri communis eſt caritas ob raritatem, & papyrus ſignata emittit ad epiſtolas, & fami- liares alias functiones, cum multo minori pre- tio conſtet.

Difficultas circa illam ob cauſam non ſubſi- ſtens.

Falſitates non occurrunt.

204 Deinde. Pretium videtur exceſſiuum, vt enim habetur in Pragmaticâ, & videri poteſt apud citatum Escalonam §. 1. n. 12. & ſeqq. Pro papyro primi ſigni viginti quatuor regales ſolu- di: pro ſecundi regales ſex: pro tertij, regalis vnus: pro quarti, regalis quarta pars. Atqui vt conſtat ex eadem apud citatum num. 21. chartæ cuiuſlibet quaſtus ſeu lumpus in eâ factus, dimidium regalem nõ excedit. Licet ergo in papyro quarti ſigni benignitas Regiæ præluceat, quæ pauperes, & Indos minimum grauari deſiderans, nullum ex illis emolumentum admittit, vt videri poteſt num. 8. verbis illis: Por quareto la intencion de ſu Mageſtad, y ſu voluntad, ſiempre haſido, y es, ali- uarles (Indos ſcilicet) de qualquiera carga y gra- uamen. Quod ad Religiones Mendicantes ex- tenſum, vt videri poteſt apud eundem §. 3. num. 6. Licet inquam hoc ita ſit; in aliis tamen trium ſignorum chartis manifeſtus apparet exceſſus, præſertim in duobus prioribus. Cum ergo in hoc genere contractus emptionis & ven- ditionis ſit, pretium non debet immoderatum apponi; aliâ iniuſtitia ſuberit & obligatio re- ſtitutionis. Nec videtur ſatiſfieri ex eo quod dicitur in Pragmaticâ citatâ, ad Regem ſpectare pretia rebus imponere, & ita circa hoc modo prædicto ſtatueri potuiſſe. Nam licet hoc ita ſit; pretium tamen debet eſſe moderatum, quod generale eſt, à quocumque ponatur; vnde & Rex id debet attendere, & circumſtantias con- ſiderare, ex quibus rerum pendet æſtimatio; vt

Ex pretij exceſſu diſ- ficultas au- getur.

Pragmatica verba, circa Indo- rum leua- men.

Pretium à Rege etiam poſitum, moderatè eſſe debet.